



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

Capvt LI. Non mentis tantùm & sermonis, sed etiam operis injurias suam habere talionem, è sacris litteris ostenditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

vt succurreret, ipse eosdem quingentos aliunde mutuo petiit. Redemptis postea plus quam tribus millibus florenorum, exigua summâ, mutuo petitâ, quid non excogitarunt illi homines calumniarum, vt nec quingentos quidem reddere cogerentur? Itaque, qui illis succurrerit, pro gratiarum actione, ipse sibi censem, ac tandem summam omnem soluere debebat. Quid talem sensisse, dixisse, scripsisse putemus? Immò, quid illos ingratissimos calumniatores meruisse? An non & nostra ætate Nutos esse dicamus? qui ipsos judices cauillari, instigare, vrgere precibus & minis audent, ut procedant ad damnandos innocentes? quorum causa ad calum clamat? Non referre beneficis gratiam, & est tur-  
Senec. lib. 3. pe. & apud omnes habetur. Ingratus est, qui beneficium accepisse se de benef. c. i. negat, quod accepit, ait Seneca: Ingratus est, qui dissimulat. Ingratus, qui non reddit. Ingratissimus omnium, qui oblitus est. Quid ergo is, qui beneficium calumnijs compensat? barbarus, bellua, gehenna dignus. Certè dignus virgis, & furca, in qua Nuto sua fuit calumnia compensata. Neque enim finem suum consecutus ad opes Lucij, sed ad toruos peruenit, qui ei exequias cecinerunt.

## C A P V T L I.

*Non mentis tantum & sermonis, sed etiam operis iniuriis suam habere talionem, è sacris litteris offenditur.*

I.

 Aluminæ huc usque commemoratae, quoniam non in verbis dumtaxat steterunt, sed iugulum quoque aliorum petentes, per iugulum authoris redierunt, appositè possunt etiam referri ad classem eorum, qui idcirco, quia mala alijs feceré, mala patiuntur. Nunc tamen ex instituto agendum est de iniurijs, quæ sicut non iam in iudicijs temerarijs, aut verbis tantum, sed etiam reipsa consistunt, ita etiam paribus pœnis compensantur. Quod fieri tam sacrorum, quam profanorum scriptorum dicta, narrataque comprobant. Quorsum enim illud Terentij? *Ne quid suo suau capiti.* Quorsum istud Plauti? *Iam captor ipse captus est.* Quorsum hoc Horatij? *Gracia capta ferum capitem cepit.* Quorsum Plato ait? *Mihî videtur, ô Socrates, maximè capi ratio, qua captabat.* Quorsum commune proverbiū? *Captantes capti sumou.* Quoties enim homines incidunt in pede-

cas,

Terent. in Phorm. Plaut. in Epidico. Plato in Theæcteto.

cas, quas alijs struxerunt? Quoties qui dat operam, vt inuitatiunculis alium conetur efficere temulentum, ipse reddatur ebrius? quoties, qui finitimum molitur imperio depellere, ipse suum amittit imperium? Quoties laqueum laqueum cepit? quoties obseruans alterum obseruatus est? quoties *ipse homo sibi malam rem ar-ecfit iumento suo?* quoties dolus in alterum excoigitatus in caput authoris recidit? quoties commentum aliquis in proprium existitum reperit? quod Lucianus de hæredipeta scribit, qui cùm diuitem ex aße hæredem scripsisset, ac testamentum protulisset, quod diuitem ad idem faciendum prouocaret, recti ruina subito oppressus est, ac sua reliquit illi, cuius facultatibus inhiārat. Et quamvis à Theognide poëta dicatur,

*Vincula nemo sibi cudit, charissime Cyrne.*

camen diuina prouidentia iustitiaq; leges considerans quispiam*s* iuxta vetus verbum iubet

*Compedes, quas ipse fecit, ipsius ut gestet faber.*

Denique quoties quis suo se dicitur gladio ingulare? suo se telo, sua malitia percutere? Apud Ouidium quædam heroidum queritur.

*Remiginemq; dedi, quo me fugitius abires:*

*Heu patior telis vulnera facta meis!*

Ita &c., apud Livium, Sentiebat Hannibal suis se artibus peti. Ita a. Liu. lib. 2. de pud Plutarchum Brasidas dux educto è corpore telo, traditur secundo bello Punico. codem confodisse eum, qui miserat. Et Marius unus è triginta tyrannis, à milite quodam interemptus narratur Trebellio Polione, qui adoriens dixerit: *Hic est gladius, quem ipse fecisti: nam Marius, ante imperium, faber ferrarius fuerat, & eius militis' operâ in fabrili officina vñus.*

Similes loquendi modos è diuinis litteris susprà enumeraui. II.  
mus, quibus hîc addenda sunt illa: *Va qui pradaris, nonnè & ipse pradarberis? va qui spernis, nonnè & ipse spernēris?* Vx tibi Senna. Supra cap. 45 Ifa. 33. 1. cherib, qui depopularis Iudæam, nam vicissim præda eris Iudæis; vx tibi, qui victorijs insolens spernis & Iudæos, & Deum Iudæorum, nam & ipsi spernent & contemnent te, cùm tua castra per Angelum subito cædantur. Quod & alijs postea Ecclesiæ hostibus ac tyrrannis contigit. Nam Nero, qui Petrum & Paulum spreuit,

Cccc 3 qui

574 Cap. LI. Operum talionem, in divina Scriptura, expressam esse.

qui primus persecutionem mouit in Christianos, spretus est & ipse à Senatu populoque Romano, in necem illius conspirante, eumque ad mortem manusibi sua conscienciam adigente. Do-

Baronius  
Anno 262

mitionis, qui Christianos occidit, occisus est & ipse à suis. Valerianus, qui Christianos supplantauit, supplantatus est & ipse à rege Persarum, à quo captus ei equum ascensuro dorsum, quasi scabellum, præbuit. Ad eundem modum locutus est Christus,

Math. 26. 52.

quando dixit: *Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Omnes, qui bellorum ac seditionum auctores fuerint, in eo ipso bello, quod excitauerint, extinguentur, ut Origenes interpretatur; aut ut Hieronymus & Beda, gladio peribunt, non corporali, sed spirituali, id est, diuina vindicta, quæ de illis, vel in hac, vel in altera vita pœnas sumet. Quamvis Christus ex loco non significet, necessariò omnes, qui gladium acceperint, gladio perituros esse (cùm multi gladio non pereant) sed tantum legem alleget, quæ iubebat homicidam occidi.* Est autem lex illa: *Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo.* Itaque non dicit, quām pœnam necel-

Cen. 9. 6.

sariò subituri sint, sed vt D. Augustinus aduertit, quām mereantur. Christus igitur tunc Petrum reprehendens generalem citatem legem, quia vbicumque exceptio locum non habet, lex locum habet; non habebat autem locum exceptio in Petro, qui bono quidem animo, sed quo loco, & quo tempore non debuit, gladium accepit. Quid enim unus homo contra cohortem integrum effecisset? an non potius milites irritasset, vt Christum tantò crudelius tractarent? quemadmodum videmus hostem urbe capitale truculentius facire in armatos ac se defendere paratos. Ita quidem hic locus est intelligendus.

III.

Eccles. 10. 8.

Interim diuina Nemesis fit, vt sàpe etiam eodem modo hominibus noceatur, quo ipsi nocere voluerunt, vt qui fudit fœnam, incidat in eam, & qui in alium mittit lapidem, super caput eius cadat. Dixi, exempla esse sacra, & profana. E sacris adduxi super quædam de Achitophel, qui suo consilio perijt; de duabus falsis testibus, qui lapides, quos in Susannam innocentem iactare voluerunt, suo capite excipere coacti sunt. His adde Pharao-

Exod. 1. 22.

nem, qui pracepit omni populo dicens: *Quidquid masculini sexu na-*

rum

rum fuerit, in flumen proiecere. Ita filios Israël voluit extinguere, quibus obstetrices pepererunt. Quid illi contigit? Factum est Exod. 12. 29. in noctis medio, percutit Dominus omne primogenitum in Terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, usq; ad primogenitum captiuum, qua erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. Non ergo tantum dentem pro dente, oculum pro oculo; sed etiam pro infantibus occisis infantum necem exegit Deus. Iosephus fratres in cisternam, Iosephus fratres in carcerem misit Gen. 42. 23. tribus diebus. Vnde educti dixerunt: Merito hac patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum videntes angustiam anima illius; dum deprecatur nos, & non audiunimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. Quare neque Ioseph eos audiuit deprecantes. Quod factus est etiam Deus illis, qui nolunt eum audire vocantem: Stat ad Apoc. 3. 20. afflum, & pulsat, tangit cor peccatoris, duram inuenit ianuam, non aperitur, etiamsi tota nocte pulset, etiamsi cincinxi eius pleni Cant. 5. 2. sunt guttis noctium. Quid ergo iratus dicit? Quia vocans, & renatus Proverbi. 1. 24. sis: extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Despexitis omne consilium meum, & increpationes meas negligistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit, &c. In Iudicium libro, Fugit Adonibezec: quem persecuti comprenderunt, casis summitatibus manuum eius ac pedum. Dixitq; Adonibezec: Septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum, summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Instar canis sub mensa comedit, qui alio more canum tractauit. Itaque, quod ipse sibi intruit, hoc illi fuit exendum. Ut autem & illud fieret, quod David dixit: Lacum, Psal. 7. 16. aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit Daniel, apud Dan. 6. 3. regem Darium, superabat omnes principes & satrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat constitutere eum super omnem regnum: unde principes & satrapa quarebant occasionem, ut inuenirent Daniels malum. Quod cum nusquam inuenire possent, nisi ut legem, diuinæ legi contrariam statuerent, prohiberentque. Ut omnis, qui petijisse aliquam petitionem à quocumque Deo, & homine usq; ad triginta dies, nisi à rege, in lacum leonum mitteretur. Daniel quia ter in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebatur q; coram Deo suo, sicut & ante facere consueverat, missus est in lacum à leoni- bus

376 Cap. LI. Operum talionem, in divina Scriptura, expressam est.

bus discerpendus. Sed belluæ innocentiaæ pepercérunt, & illæ sum reddiderunt; quasi illis custodiendus, non deuorandus traditus esset. Inbente autem rege adducti sunt viri illi, qui accusauerant Daniëlem, & in lacum leonum misi sunt, ipsi, & filii, & uxores eorum: & non peruererunt usq; ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt.

IV.

Matth. 26.52. Ne verò etiam in sacris historijs putas, Marios deesse, qui suo telo sunt iugulati, aut qui acceperint gladium, & gladio pere- runt, quid notius spurio illo Goliath? is quantus in hostem sur- gebat? quantas voces iactabat? quantum terrorem Israëlitis in-

1. Reg. 17. 50. cutiebat? An impunè? Praevaluit David aduersum Philisthaum in funda & lapide, percussumq; Philisthaum interfecit. Cumq; gladium non haberet in manu David, currexit, & stetit super Philisthaum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua: & interfecit eum, præciditq; caput eius. Quod facere, sine gladio, non potuisset. Ut gladius non abesset, attulit ipse eum in perniciem suam vastus ille gladiator. Quamvis alia eum mente attulit, nempe ut id ipsum faceret Davidi, quod à Davide passus est. In quæ verba D. Gregorius ait: *Vir quoque Catholicus colligit testimonia Scriptura, que hereticus pro se affert; & erroris eius pertinaciam inde convincit. Goliath ergo cum gladio, David cum pera & funda pastorali ad præsum venit; sed David Goliath suo gladio occidit.* Scriptura sacra tamquam gladio suo vtuntur hæretici, sed ab Ecclesia per ipsam quoque Scripturam conuincuntur: ut cùm aiunt, sensum litteralem Scripturæ clarum esse, & intellectu facilem, iuxta illud: *Luce- na pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis;* ipsis scripturis eos iugulamus, cùm quærimus, Quod si Scriptura semper est clara, cur discipuli euntes in Emmaus, nisi Christo interprete, non intelligebant Moysen & Prophetas? Cur Eunuchus regine Æthiopum rogatus à Philippo an intelligeret Isaiam Prophetam, quem legebat, respondit: *Quomodo possum, si non quis ostenderit mihi?* Cur Apostoli multa corum, quæ à Christo audiebant, & nunc scripta sunt in Euangelio, non intelligebant? Cur à Perro scriptum legimus, in Pauli Apostoli epistolis *quedam esse difficultas intellectu?* Ad hæc respondere non possunt, qui dicunt Scripturam ybique luce meridiana esse clariorem; suo itaque gladio, hoc est,

Psal. 118. 105.

Luc. 24. 27.

A&t 8. 31.

Matth. 16. 11.

Luc. 18. 34.

2. Petr. 3. 16.

est, scripturâ iugulantur. Nos autem ad ea, quæ obijciant, nullo negotio respondemus. Ait sanè Dauid : *Lucerna pedibus meis verbum tuum*; Sed aliud est, Verbum Dei, quando alicui semel ex diuina inspiratione cognitum & intellectum est, dirigere illum, ne erret, sicut lucerna, quæ dirigit eum, ne in foueam cadat, aut in lapidem offendat : aliud est, Verbum Dei ex se clarum esse, quod negamus cum Dauid, cuius ibidem verba sunt : *Renela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua*: item : *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam*: *Da mihi intellectum, ut sciam testimoniata tua*. Vbi petit gratiam à Deo, vt possit Scripturam intelligere; qua ipsa petitione ostendit, Scripturam adeò esse obscuram, vt sine peculiari Dei illustratione intelligi non possit. In hunc modum mysticè Goliath suo gladio obtruncatur, dum scripturis heretici, qui volunt scripturis contra nos pugnare, percutiuntur.

V.

Ceterum ad litteram suo telo cecidit superbus ille Martis-  
imitator Holofernes, qui dum ingenti exercitu imminuit Iudeis,  
muliebri manu est interemptus. Fortissima enim Judith, oratio-  
ne ad Deum fusa, accepit ad columnam, qua erat ad eaput leetuli eius,  
Iudith. 13. 3. & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exolsuit. Cumq; euaginas-  
set illum, apprehendit consam capitum eius, & ait : *Confirma me, Domi-  
ne Deus in hac hora, & percuſit bis in cervicem eius, & absedit caput  
eius*. Inermis erat, arma ab hoste accepit, vt itidem Dauid à Phi-  
listeo. Quid molimini, mortales, cultrum acutis in victimam?  
ipſi hostia sietis, quæ sub cultrum veniat. Quā multi mortem  
euaderent inermes, qui armati occiduntur? quia gladium aduer-  
ſario porrigunt. Vrbibus captis, facile reliquæ vita donatur, qui  
autem stant in excubij, qui enses stringunt, qui vibrant hastas,  
sine vlla gratia perimuntur, & ſæpe suis armis perimuntur, qui-  
bus ipſi hostem perimere voluerunt. Deus quoque idem facit  
in sceleribus hominum puniendis, eodem ferro, aut eadem poena,  
immò eodem scelere finit plurimos fauciari, quibus destinabant  
alios mactare; vt mensuræ paritas justitiae demonstret paritatem.  
Certè ad ipsum Dauidem adulterum factum, per Nathan Prophe-  
tam dixit Dominus : *Eò quòd deflexeris me, & tuleris uxorem Vrie* Reg. 12. 10.  
*Habui, ut effet uxor tua; Ecce ego fuscitabo super te malum de domo  
tua, & collam uxorē tuā in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dor-*

Ddd

wie

578 Cap. LI. Operum milionem, in diuina Scriptura, expressam est.  
miet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Adulterium igitur unum  
permisit pluribus adulterijs compensari; ut, quod Vtice in vo-  
xore fecerat, ipse in multis pateretur.

VI.

Niceph. Cal-  
lif. lib. 1. hist.  
Ecclesi. cap. 20.

Qua de causa in novo etiam testamento impia illa salta-  
trix, quæ caput Ioannis Baptiste in disco poposcit, ipsa quoque  
caput, mirabili casu, iamò mirabili Dei prouidentia amisit. Hi-  
storiam Nicephorus his verbis commemorat. Furibunda sed enim,  
& adultera incesta, adeò illa, qua quidem Herodis habebatur, restara  
autem Philippi erat coniunx, vitâ longius aetâ, quam prius filiam &  
saltatricem acerbo fato sublatam vidiisse, deinde ipsa quoque decepsit,  
fusuri faculi Indicio, & supplicio reseruata, meras ibi quatuor citissime di-  
sina irafas, intolerabilisq; indignationis Domini calicem haesura.  
Filia autem eius (dignus enim est, qui memoria commendetur) talie  
fuit obitus. Eundam ei quopiam brumali tempore erat, & fluminis tray-  
ciendus, qui cum glacie constrictus, coagmentatusq; esset, pedes eum  
transibat. Glacie antea rupta, (idq; non sine Dei Numine) demergitur  
illa statim, capite tenui: & in inferioribus corporis partibus lascivient,  
molliusq; se mouens, saltat non in terra, sed in undis: caput verè frigore  
& glacie concretum, deinde etiam conculneratum, & a reliquo corpo-  
re, non ferro, sed glaciei crustis resectum in glacie ipsa saltatione leth-  
alem exhibet; spectaculoq; eo omnibus prabito, celestum hoc caput, in  
memoriam ea, quæ fecerat, spectantibus reuocat. I nunc, procax pu-  
ella, ad coniuantes ingredere, & dic ad regem: Volo, ut proximus  
dei mihi in disco caput Ioannis Baptista: dum caput illius petis, tuum  
morti vendis; verè sententia tua in caput tuum renertitur; dum  
pedibus plaudis terram, & comicè saltas, mereris ut paulo post  
tuum à cervice resectum caput, per glaciem, funestum chorum  
cogatur defaltare. Sic caput Ioannis, capite meretricis, saltatio  
scenica, lethali saltatione; & gladius Herodis, glacie fluminis  
compensantur. Sæpius postea simili pena saltatrices perierunt.

Ie. Trithem. Nam Ioannes Trithemius & Cranzius scribunt, in Saxonia, nocte  
in Chron. Natiuitatis Dominicæ, saltantes, postea in poenam, anno integro,  
monast. Hir- prodigiosissimè saltationem continuasse: Cantipratanus in Gallia  
saugic. Al- lib. 4 Saxon. qui firmissimo, aquis mersos esse. Simile quid, sub Rudolpho I.  
ber. Cranz. cap. 3. Traieschi contigit, ubi cum juvenes & puellæ, viri & feminæ cho-  
gens in

*Cap. LI. Operum talionem, in divina Scriptura, expressam esse.* 379  
reas in ponte frequentes ducerent, & illae venerabile Christi Sa-  
cramentum deferretur, nullo in genua procumbente, pons deci-  
dit, & ducenti propè mortales perierunt. Nempe qui saltando pec-  
carunt, luerunt quoque de ponte salientes, ut quia filiam Her-  
diadis in petulantia imitabantur, ei etiam in interitu assimilaren-  
tue.

Sanctus Paulus, quòd orationis initio Principem sacer-  
tum Ananiam nominatum non aliquo honoratiore titulo affe-  
cisset, vel tantam innocentiam professus esset, *Ananias pracepit* Act. 23. 21  
*affantibus sibi, percutere os eius, cui illico talionem vaticinans Paulus*  
*dixit: Percuties te Deus, paries dealbate.* Hæc verba docet S. Au. S Augustin.  
gustinus minus intelligentibus conutum sonare, intelligentibus pro. 1. de Serm. in  
phariseum esse. Nam tunc Apostolus seriò, atque Apostolica qua-  
dam auctoritate, percusionis suæ authori interitum denuntiauit,  
cum ut eam absterreret, cum ne videretur Tribuno, qui aderat,  
contempnendus, quem à flagris sibi infligendis prohibuerat. No-  
nunquidem, ait S. Chrysostomus, quòd de hoc loco aliqui satisfaci- S Chrysost.  
ent, loco prophetia velint esse, quod dictum est: nec culpo dicentes: hom. 6. de  
ut enim istud euenerit, sicq; defunctus est. Nam diuina inspiratione laudib. S.  
sciebat Paulus, quid Ananiæ euenturum esset, nec decet cum Cai- Pauli.  
pha Paulum hæc in re comparare, qui quod prophetabat, nesciebat, ait Ioan. 11. 51.  
Carthusianus. Vetat quidem Dominus, ne quis malefacentibus Rom. 12. 14.  
malè faciat, aut maledicat maledicentibus, vel imprecetur; & ipse 1. Cor. 4. 12.  
Paulus idem præcipit, & à se sic factum scribit, tamen quandoq; S. Greg. 1. 4.  
licet virum liber zelo iustitia, & judiciaria potestate, atq; sine vindicta Moral. cap. 6.  
huore, sine odio. vt D. Gregorius monet, & suppetunt in eodem 2. Tim 4. 14.  
Paulo alia exempla, vti & in Petro, Elia, Ieremia; alijsque diuini Gal. 5. 12.  
honoris zelo inflammatis. Summus igitur sacerdos Ananias, pa- A&t. 13. A&t. 8.  
ties dealbatus; ita ut nomine fornicatus niteret, ait S. Augustinus, S. Augustin.  
intrinsecus lutes concupiscentijs disorderet, quia S. Paulum percuti ius de mendacio  
sit, vicissim percussus est, & quidem manu Dei, in quam incidere cap. 15.  
horrendum est. Manus enim omnipotentis omnipotens est.

Caveant igitur, quicumque alios seu lingua, seu manibus  
percutiunt; nihil erit apud diuinum tribunal impunitum; et si  
enim id illis nullus Paulus prædicat, prædicta tamen ratio, prædi-  
cit justitia diuina æquitas, eos vicissim, nisi se ipsos iudicent, pu-

## VII.

## VIII.

D d d 2 miante

niantque, vel in hac, vel in altera vita, repercutiendos. Quemadmodum non aliunde, quam à propria conscientia monitus fuit ille, de quo Martinus Delrio, aliquique scripserunt; qui patri suo, in Frisia, sepe iniuriis adeò fuit, ut illum pugnis contunderet, & prostratum crinibus raptaret. Nam postea vicissim à filio suo pulsatus, atque eodem quoque modo per domum raptatus, cùm ad limen domus peruentum foret; & nefandi istius filij rabies etiam vterius progressura videretur, miser parentis intelligens, iusto se Dei judicio illa pati, exclamauit: *Hacenus, fili, nec enim parentem meum, aum tuum, ultra domus limen crinibus traxi.* Nullo huic alio monitore opus fuit, quam conscientia, & ratione, quæ misero dicebat, filium à parente suo didicisse modum tractandi parentes; qui si inhumanus esset, magistro potius, quam discipulo tribuendus videretur. Nec enim, nisi iustissimè, Deum permettere, vt peccatum parentis, peccato filij plecteretur.

## IX.

M. Michael  
Iulius de lau-  
de ordinis  
Coatugalis  
aunc. 5.

Hoc etiam pacto sinit aliquando errare, in sententia ferenda, ipsum Magistratum Deus. Sæpe enim, qui in uno criminе, innocens plectitur, est in alio nocens. Et Senatus quidem iudicium præcipitat, est tamen aliud peccatum, quod Deus personatum castigat. Referam melioribus verbis, quod M. Michaël Iulius rudi Minerua dedit memorijs posteriorum. Basileæ Paterfamilias fuit, crudis homo moribus, & mentis indomita: qui si tangeretur, echino fuit asperior; Adria iracundior, si laceretur. Is coniugem habuit vtique meliore marito dignam. Nam etsi honesta esset ac pudica, quotidianas tamen rixas, & velut perpetuam similitatem pati cogebatur. De quauis re, etiam de lanuginea, illi Orbilius ille litem mouebat. Nec manebat res intra verba, & probra; à contumelijis & maledictis plerumque ad verbena, & liuorem vultus veniebatur, ut è vestigijs constaret de præterita tempestate. Diu tolerauit mulier huiuscemodi importunitates, sed tandem vt ictibus satiata, ac pertæsa iniuriarum, domo profugit ad parentes cognatosque suos, de intolerabili sauitia ac tyrannide mariti querelam depositura, & quæstura medicinam. Ibi professæ, se frugi honestæque matrisfamilias officium sedulò suaque sponte facere; maritum autem ganeonem, omnis mansuetudinis oblitum in belluam degenerasse, neq; blan-

ditij,

ditijs, neque ullis officijs delinitum deponere feritatem, rogauit, ut vel auxilium, vel in patria sua exilium sibi darent. Interea autem, illa absente, alia quæpiam mulier in Rhenum cecidit, & submersa est. Quare lapsu & agitatione aquarum Basileam usq; deferebatur, facie saepius ad scopulos allisa, itaque confusa ac deformata, ut satis agnosciri non posset. Quia tamen habitus illius ac vestimenta per omnia respondebant amictui mulieris illius quem non ita pridem, clam omnibus, ad parentes suos se se præripuerat, non defuere, qui conijcerent, cadauer esse illius profugæ mulieris. Itaque suspicio per plures ac plures propagata est; qui missarunt primò, tum etiam palam iactarunt, non alium istius facinoris esse authorem, quam maritum, cui fermè numquam cum vxore conuenisset: assiduas inter hos coniuges fuisse lites, bella quotidiana, perpetuas inimicitias; vel igitur vxorem sponte in Rhenum insiliisse, ut se tanto malo liberaret; vel quod datum importuno atque immitti coniuge longè credibilius esset, maritum incautam vxorem Rheni præripis adambulantem in aquas præcipitasse. Suspicio in famam, fama saepè in extrema erumpit mala. Quamobrem etiam tum magistratus, partim similitudine habitus in muliere aquis suffocata, partim publicis sermonibus motus, in maritum manus injici, ad carcerem necquidquam reclamantem rapi iussit. Ibi dum crimen obiectum constanter negat, tormentis admouetur, & in questionem postulatur. Multi malunt citò mori, quam diu cruciari. Itaque & ille, quamvis hac parte innoxius, vi tormentorum adductus, non dubitauit fateri, vitam se coniugi suo eripuisse, eamque vndis sepelire voluisse. Fatentem reum magistratus morti adiudicatur. ducitur. supremo suppicio afficitur. Vix triduum à suppicio elapsum est, cum mater familias, cum cerebroso marito in gratiam redditura, Basileam redijt, sed maritum haud amplius inuenit, cuius miserabiliteritu comperto, protinus in curiam se effudit, & cum Paribus Reipublicæ illius conscriptis vehementissimè expostulavit, quod maritum suum criminis istius exortera è finibus humanæ naturæ exturbassent, morteque infami deleuisserent. Quare non solùm mulierem sui à marito discessus, sed etiam magistratum, iniustæ aduersus innocentem sententiæ latæ

382 Cap. LI. Operum talionem, in divina Scriptura, expressam esse.  
serò pœnituit: non pœnituit autem Deum, qui tam multas gra-  
vesque iniurias mulieri illatas, in occasione habuit vindictæ ma-  
rito reponendæ.

X.

Cassian lib. 5  
de resunti-  
antum in-  
Rit. c. 30.

Quod in his talibus projectioris licentia hominibus facere  
iustissimum reorum Iudicem tantò minus mirum est, cum etiam  
sibi magis addictos feriens talione sinat in ipsum peccatum labi,  
ut seipso noscere discant, atque in viam redeant. Apud Cassia-  
num, Abbas Machetes solebat narrare, tribus de caussis potissi-  
mum se Monachos temerè iudicasse. Primo cum venisset ad Mo-  
nachos quosdam, qui graui tumore intra os laborantes, tubercq;  
vehementer eos cruciante, medicinam mali excogitabant, pro-  
curabantque, ut tuber illud excinderetur. Quod ubi Machetes  
vidit, iudicauit, apud semetipsum, curationis huius solitudi-  
nem ex defectu mortificationis prouenire. Secundò malè habe-  
bat Machetem, quod aliqui seu vitio etatis, seu alia necessitate,  
compulsi, non nihil de severitate disciplinae Monasticae remitte-  
rent, & pro capessenda quiete, pelle ex caprarum pilis confecta se  
cooperirent. Hos nimirū sensualitatis condemnabat. Tertiò in-  
digne tulit, quando vidit saecularibus potentibus ex deuotione ali-  
quid olei sibi benedici à Monachis, eorum postulatis annui. Hos,  
inquietabat, ingens presumptio est, & quadam quasi sanctitatis ostentatio.  
Sed ecce diuinæ bonitatis æquitatem, idem Machetes, alioqui vir  
sanctus, palam vitroque fassus est, permisisse Deum iustissimo iu-  
dicio suo, ut in omnes hos tres defectus (si quidem defectus sint)  
ipsemet laberetur, quos in alijs ante improbauerat. Nam & tu-  
bere illo intra os (Deo poenas temeritatis hoc modo ab illo de-  
poscente) enato punitus est. Itaq; medicinam sectione, ob dolo-  
ris magnitudinem, petere coactus est. Ex eiusdem morbi vi etiam  
operimento illo, seu stragulo ex pelle caprina ut adactus est. De-  
niq; importunitate saecularium ita fatigatus est, ut oleum quoq;  
uis benediceret. Hæc de se ipso Machetes dixit, coronidemq; illam  
addidit, hortando, rogandoque omnes, ut ipsius edocti seu exem-  
plu, seu suppicio, judicia temeraria, tamquam præsentissimam  
pestem, declinarent. Itaque nolite judicare, qui non vultis

judicari: in quo enim judicaueritis, ju-  
dicabitini,

CAPVT